Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

torrente copiose delectacionis tue potabis eos
Quod facere poteris o xpriste Quoniam apud te est
fons vite et in lumine tue ipse eleuati et confortati vide
lumen tue diuinitatis
Prolonge longe latecq diffunde misericordiam tuam recto in
te corde firmissimo credentibus ut in isto seculo sub dni
pietate degant et iusticiam i vite rectitudinem hijs
qui diriguntur se ad uoluntatem tuam ut qd bene voluit
prestende domine misericordiam tuam
Non veniat michi pes superbie superba affectio nulla
mentis elacio michi surripiat et manus peccatoris i
diaboli impulsio sine temptacio non moueat me a statu
rectitudinis et salutis
Bene dixi/non veniat michi pes superbie quia Ibi ceci
dezunt de alto in profundum foueam corruentes omnes
qui operantur iniquitatem omnes enim in superbie iuiam cadunt
qui dominum iussa contempnunt ut primus angelus de
celo et primus homo de paradiso nec potuerunt stare
quia dominus expulit eos/cui nemo resistere potest

Psalmus 36 in quo ostenditur prosperitas malorum
contempnenda

Fuerunt qui murmurabant de floce malorum et laboze bo
norum quasi omnia casu regantur contra hunc errorem
propheta oquitur inquiens
Noli mundere mala aemu
lari in suis operibus ut eadem facias aut
noli mundere prosperitati eorum ut illam
concupiscas nec amaueris facientes in
iquitatem sequendo eorum conuersacionem/quia licet
eorum natura sit diligenda/iniquitas tamen eorum
odio habenda est